

triginta march. inferius, sold. viginti par. tantum pro ¹⁾ suo labore, a .XXX. vero march. superius usque ad .XL. duodecim venet. gross. tantum, et a .XL. march. superius duos sold. gross. tantum, ²⁾ et ultra predicta accipere non possint, pena
 5 decem libr. pro quolibet et ³⁾ vice qualibet contrafacta. ¶ Item quod quandocunque aliquis notarius // abbreviabit vel confitiet 62 A
 aliquod testamentum vel codicillum alicuius persone, in quo vel quibus apareret aliquod legatum factum fabrice sancte Marie, maiori[s] ecclesie Tergesti, quod ipse notarius scribere
 10 debeat et teneatur illud tale legatum factum et per quam personam in quadam cedula de papiro, et qui sunt commissarii in predictis, et hoc antequam dictum testamentum vel codicillus claudetur, et dare canipariis fabrice ea die ac sequenti in qua erit confectum, et hoc sub pena centum sold. pro quo-
 15 libet notario et vicedomino et vice qualibet contrafacta. ¶ Si vero aliquis notarius de civitate Tergesti ab intestato decederet, non legando alicui notario sua protocholla, quod potestas et iudices Tergesti debeant et teneantur protocholla ⁴⁾ ipsius notarii defuncti et eius scripturas uni notario propinquiore ipsius
 20 defuncti dare, qui esset idoneus et sufficiens ex propinquiore suis, et si idoneum et sufficientem propinquiorem suum non haberet, quod tunc alteri notario magis idoneo et sufficienti quem crediderint predicta protocholla ⁴⁾ dare debeant ad autenticandum, prout ipse notarius defunctus facere poterat, et ipsis
 25 scripturis sic autenticatis per ipsum notarium deputatum ex ipsis protochollis adhibeatur plena fides.

Cap. XXXVIII. De officio militum sive sociorum domini potestatis et cuiuslibet eorum. R.ca.

30 **O**rdinamus quod millites sive socii domini potestatis bona fide proquirere debeant et teneantur omni die omnes vuardas ianuarum civitatis Tergesti, et quos invenerint defi-

¹⁾ Fino a ²⁾ aggiunta a piè di pagina. ³⁾ et-qualibet aggiunta marginale.

⁴⁾ protochalla.